

SEDE APOSTÓLICA
SANTO PADRE
Bula

RICARDO BLÁZQUEZ PÉREZ, NUEVO ARZOBISPO DE VALLADOLID

Nombramiento

13 de marzo de 2010

Benedictus episcopus Servus Servorum Dei,

Venerabili Fratri **Richardo Blázquez Pérez**, hactenus Episcopo Flaviobrigensi, nunc Metropolitanae Ecclesiae Vallisoletanae electo Antistiti, salutem en Apostolicam Benedictionem. Romani est Pontificis, beati Petri Successoris et universales Patris, sedulo providere, ut praedicatio Evangelii magna vi toto in orbe personetur. Quandoquidem archidioecesis Vallisoletana suo caret Pastore, postquam Venerabilis Frater Braulius Rodríguez Plaza eandem deseruit Toledanam Sedem Archiepiscopus suscepturus, Nos ad te, Venerabilis Frater, decurrimus, cuius in dioecesi Flaviobrigensi diligentem iam cognovimus navitatem, quique aptus omnino Nobis ad hoc opus videris explendum. Consiliis ergo acceptis Congregationis pro Episcopis te, solutum vinculo Flaviobrigensis sedis, summa Nostra Apostolica potestate, Archiepiscopum Metropolitanam **Vallisoletanum** nominamus, iuribus et facultatibus tibi factis officiisque impositis lege sancitis. Mandamus praeterea ut hisce de Litteris certiores clerum ac populum tuum facias, quos hortamur ut te libenter accipiant tecumque coniuncti maneant. Pro certo habemus te, Venerabilis Frater, gravitatis muneris tibi concrediti conscium, Beatissima Virgine Maria semper intercedente, in spiritalem aedificationem atque prosperitatem archidioecesis tuae multum te esse collaturum. Nos te in gravissimo Archiepiscopi Metropolitanae munere sustinendo precibus comitamur ut quam felicissime novum tuum succedat pro Christo et Ecclesia opus. Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Martii, anno Domini bimillesimo decimo, Pontificatus Nostri quinto.

Nos te acompañamos con nuestras oraciones en la tarea de sobrellevar el importantísimo cargo de Arzobispo Metropolitano, a fin de que este tu nuevo trabajo por Cristo y por la Iglesia llegue a término lo más felizmente posible.

Dado en Roma, junto a San Pedro, el día trece de marzo del año del Señor dos mil diez, quinto de nuestro Pontificado.

Benedicto XVI, Papa - Francisco Felice, Protonotario Apostólico

Benedictus PP XVI
Franciscus Felice, Prot. Apost. — Francisco Felice, Protonotario Apostólico